



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXIII. S. Pharaildis Collegivm Gavdense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S: MARIAE CORTRACENSE COL-
legium in d. Tornacensi.

COrtracum siue Curtracum, quod in Notitia prouinciarum *Curteriacum* nūcupatur, Flandriæ opidum ad Lzam Fluuium, habet collegium Canonicorum, memorie Virginis matris sacrum, sub Balduino Constantinopolitano Imperatore, & Fladriæ Comite inchoatum: ut testatur Iacobus Merchantius in Flandriæ descriptione.

CAPUT XXIII.

S. PHARAILDIS COLLEGIVM GAV-
dense.

SPharaildis Virgo parentes habuit *Theodoricum* Lotharingiæ Ducem, & *S. Ansel-bergam*, sororis Pipini Principis filiam, fratre materno ex latere, *S. Emebertū*, Cameracensem Episcopum; Sorores *SS. Raineldim* & *Gudilam*. à B. Gertrude cognata sua de Sacro fonte leuata, litterisque instructa, pietatem à teneris annis egregiè coluit. Cumque impedire non posset quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen coniugij tempus illibatam virginitatem custodiuit, eadem nimirū præpotentiis. Spiritus gratia prædita, qua & ante eam *S. Cæcilia*, & post *S. Henricus* Imperator
vxorque

vxorque eius, in matrimonio claruerunt. Migravit autem Virgo ad Christum nonaginta annorum circulo ferè transacto, non minus religione, quam senectute venerabilis. Cuius corpus ad S. Bauonis Ecclesiam *Agilfridus*, Episcopus Leodiensis, idemque à Stephano Papa Abbas S. Bauonis Gandensis creatus, Roma veniens, ex Lotharingia attulit anno 754. Sed non multò post propter incursiones Normannorum, cœnobium Gandense cum sacris corporibus Bauonis & Pharaildis in Galliam fugit. Quæ corpora tandem, cessante persecuzione ex Lauduno & Nigella relata sunt ad Ecclesiam noui Castelli Comitis, ad ripam Lizæ, in fisco Gandensis cœnobij sitam. Collegium porrò Canonicorum, quod hactenus sedem habuit in Basilica Castello veteri Comitis opposita, inde anno 1614. trāsijt ad Basilicam ampliorem S. Nicolai Parochialem, in foro Gandensi sitam, procurāte Leone Meyerō illius collegij Præposito.

CAPUT XXIV.

S. ODAE COLLEGIVM AMANIENSE, ad Mosam Fluuium apud Huium opidum ditionis Leodiensis.

S Odam, Boggi, seu Boggis Aquitanoru[m] Ducis filiam anno 711. in Gallia floruisse scribit S. Gebertus Chronographus Cameracensis. Amita fuit S. Huberti Episcopi,

D 5 quæ